Hic Gilbertus mouet secundam dubitationem de formis vltimis dicens. quod in his formis que in pluribus sunt. hoc est in formis vltimis non est manifestum utrum sint a natura vltimè ab arte. et quod non sint ab arte manifestum est. quod omnis forma que est ab arte est accidentalis. sed forma vltima est subalis suis inferioribus. Etiam actus et operationes sunt singularium. sicut edificator non facit domum in communi. cum forme vltimè non sint singulares sequitur quod non sunt ab actu siue ab arte. Nec etiam potest esse a natura ut videtur. quod quecumque fiunt a natura a creatura preexistente sumunt principium. sed vniuersalia non sumunt principium a creatura preexistente. et dicitur. Dicitur probatur. quod sumens principium ab aliqua creatura est creatura. cui effectus assimiles producentur. sed vniuersalia non sunt creatura. quod terminus creationis siue generationis non est vltimè sed particulare. Tunc ibi (Natura igitur) soluit dictam dubitationem dicens. quod iste forme vltimè occulte et immanifeste producantur a natura. quod sic patet. sicut ex coniunctione plurium partium. sicut parietis tecti et fundamenti fit quadam constitutio. id est res constituta excedens partem cuiuslibet partium. sic ex productione et productione singularium fit forma

vllis excedit p̄dicationē cuiuslibet singulari. in eo q̄ q̄dli
 hec singularē de vno solo p̄dicat. Illud vero v̄le de multo
 p̄ter q̄d ois talis cōitas natural̄ est. q̄ p̄cedit ex singu
 laritate. i. singulariū habitudine. sed singularia p̄ducunt
 a natura. q̄ z̄ vniuersale quod p̄ducit ad p̄ductōem sin
 gularis. p̄ducitur a natura. q̄ quicq̄d est causa cause etiā
 est causa causari. Singularitas aut̄ creatiōis siue genera
 tiōis adequat̄. q̄ terminus generatōis siue creatiōis est
 suppositū. Subtiliter igit̄ speculātes sicut naturā in acti
 onibz latentē opari inuenim⁹. sic etiā creaturaz omniū
 creatorē primū operantē inuenim⁹ volūtariē in creatura
 quod dephendimus ex ipso actu creatoris. q̄ numero q̄
 dam z̄ p̄ortione totā stabilit̄ naturā. z̄ hoc est sapiētis
 sed hec sufficiant quia alterius sunt speculationis.

Q̄. Utrū forma vllis sit a natura vel ab actu n̄o.
 D̄m. q̄ vniuersale p̄t accipi dupliciter sicut
 quodlibet aliud concretū. vno mō materialiter siue pro re
 p̄tine intencōis cui applicat̄ intencō vniuersalis. et h̄ mō
 do vniuersale est primū obiectū intellectus. z̄ om̄is sciētia
 est vniuersaliū. z̄ sic vniuersale est a natura. q̄ natura oc
 culte operat̄. nam p̄ducendo singulare. p̄ducit v̄le. vt ge
 nerās fortē ex cōsequenti. p̄ducit hominē. Alio mō acci
 pitur vniuersale formaliter p̄ secūda intencōe causata ab
 intellectu applicabili rebz p̄tine intencōis. z̄ hoc mō est ab
 intellectu siue ab actu nostro. quia fm̄ cōmentatoz. i. intel
 lectus est qui facit vniuersalitātē in rebz

Notandū. Q̄ vniuersalia dicunt̄ occulte
 p̄ducit a natura p̄ter duas
 causas. p̄ma. quia illud q̄d generat̄ a natura est p̄ticulare
 q̄d notū est sensui. z̄ in illo p̄ticulari. p̄ducit̄ natura vllis q̄
 est rō sub qua p̄ticulare producit̄. q̄ natura intendit̄ sim
 plex z̄ v̄le. sed illa est occulta sensui z̄ solū cognita p̄ rōem.
 Alia causa. quia illud quod agit̄ est singulare. z̄ rō agen
 di est vllis natura in eo existens que est occulta sensui. ideo
 circa vniuersalia natura occulte operatur.

Ad. Vniuersale p̄mo mō non est a natura. ergo est
 ab actu nostro. Consequentia relinq̄tur nota.
 Sed an̄s p̄bat̄ur. quia ponere vniuersalia sic esse est ip̄sa
 ponere formas separatas z̄ ideas. D̄m. q̄ ad h̄ q̄ ponit̄
 tur vllis a natura. p̄ducta non seq̄tur vllis esse separata fm̄
 rem z̄ rōem simul. sicut posuerūt platonici. sed tm̄ fm̄ rō
 nem. vt p̄z longe declaratis circa librū Porphyrii.

Quare q̄dē alia est in subiecto z̄ de sub
 iecto dicit̄ vt scia. que in subiecto est vt
 in aia z̄ de subiecto d̄. vt de grāmatica. Que
 dā aut̄ vt in subiecto. de subiecto vero nullo d̄
 vt albedo socratis. Silt̄ aut̄ in his q̄cunqz for
 maz sunt indiuidue. Quedā neqz in subiecto ē
 neqz de subiecto d̄ vt humanitas sortis. Que
 daz vero de subiecto dicunt̄. in subiecto vero
 nullo sunt. vt rōnale atqz mortale. Eoz vero
 que insunt de subiecto vero indicibilia. alia s̄
 sensibilia. alia vero insensibilia. Sensibile p̄o ē

quod sensu p̄prehendit̄. vt albedo sonus sapor
 odor color z̄ p̄cussio z̄ dulcedo. insensibilia vero
 que rōne sola p̄prehendunt̄. vt doctrina z̄ disci
 plina. Silt̄ aut̄ nihil hoz q̄ de subiecto dicunt̄
 sensibilia s̄. Manifestū est aut̄ ex his q̄ pro
 posita s̄ qm̄ q̄daz sita s̄ alicubi. vt nigredo in
 oculo. q̄dā vero difficile erit assignare. vt scia z̄
 paternitas filiatio. nisi fortasse in generantiū et
 cōponentiū p̄plexiōe sint site. Singulū vero
 eoz q̄ dicta s̄ incōplexionis eius q̄ in voce est
 noticia. hoc p̄o erit vel subsistens vel p̄tingens

Eoz p̄o q̄ ex̄ti p̄tingūt singulū at̄ extrinsec⁹
 aduenit aut̄ infra substantiā p̄siderat̄ simplr vt
 linea sup̄ficies corpus. Ea vero q̄ extrinsec⁹ ac
 cidūt. aut̄ actus aut̄ pati aut̄ dispositio aut̄ esse
 alicubi aut̄ in mora. aut̄ habere necessario hec
 erūt. Sed de his q̄ subsistūt z̄ q̄ solum in q̄ exi
 stāt exigūt i eo q̄d categoriis libro inscribit̄ sus
 ficient̄ disputatū ē. de reliqz p̄o p̄tinue dicim⁹

Hic p̄t ponit̄ sc̄dam diuisionē dices Formaz alia ē
 in subiecto z̄ d̄ de subiecto. vt scia est in aia vt in subiecto
 et d̄ de subiecto. s. de inferiori vt de grāmatica. Quedā
 vero ē in subiecto z̄ de nullo subiecto d̄. vt albedo socratis.
 Quedā vero neqz est in subiecto neqz d̄ de subiecto
 vt humanitas sortis. z̄ silt̄ alia indiuidua. Quedā p̄o d̄ de
 subiecto z̄ in subiecto nō est. sicut rōnale mortale. q̄ nō s̄
 accit̄ia. Tūc ibi (Eoz p̄o) ponit̄ terciā diuisionē. z̄ sub
 diuidit̄ formā accit̄ale q̄ est in subiecto. z̄ de subiecto nul
 lo d̄. dices q̄ q̄dā talū s̄ sensibiles. q̄dam vero insensib
 les. Sensibiles s̄ q̄ sensu p̄prio vel cōi p̄ceptibiles s̄. vt
 albedo sonus sapor odor calor p̄cussio z̄ dulcedo. silt̄ maz
 gmitudo figura. Insensibiles vero s̄ eo q̄ nullo sensu. p̄
 prio vel cōi p̄cipiunt̄. sicut doctrina scia vt disciplina q̄ so
 la rōne p̄cipiunt̄. z̄ silt̄ virtus siue intellectualis siue mo
 ralis siue heroyca. Et q̄ p̄z q̄ nihil eoz q̄ de subiecto dicunt̄
 est sensibile. q̄ v̄le fm̄ q̄ abstrahit̄ ab hoc vel ab illo sensū
 bili solo intellectu p̄cipit̄. Tūc ibi (Manifestū ē) ponit̄
 q̄rtā diuisionē dices. q̄ q̄dā formaz p̄ticulariū s̄ siue alicuz
 bi. h̄ ē in aliq̄ definita p̄t subiecti cui ins̄t. sicut nigredo
 in pupilla oculi. Quedā p̄o difficile erit affirmare vbi s̄
 vt scia p̄nitas filiatio. z̄ alie forme siles. nisi forte dicat̄ q̄
 in generantiū z̄ p̄ponentiū sunt p̄plexiōe. Tūc ibi (Sin
 gulū vero.) Gilb. ponit̄ q̄ntā diuisionē. dicens formaz q̄
 vocibz incōplexis s̄ canf q̄dā s̄ p̄tingētes. i. alteri accit̄a
 liter inherētes. vt forme accit̄ales. et q̄dā subsistētes vt
 forme subales. Et d̄ notat̄er formaz q̄ s̄ canf vocibz incō
 plexis. q̄ ille q̄ s̄ canf voce cōplexa quādoqz s̄ p̄rim subse
 stentes z̄ p̄rim cōtingentes. vt hic. homo albus. Tūc
 ibi (Eoz vero) ponit̄ vltimā diuisionē que est subdivisio
 vni⁹ mebz p̄dicte diuisionis dices. formaz cōtingentiū. i.

Questiones

accidentalium quedam extrinsecus adueniunt. qdā vero in
tra substantia considerant simplr. sicut linea superficies cor
pus. ille vero q extrinsecus adueniunt sunt sicut actio pas
sio positio vbi quādo habere. Sed de illis que subsistunt
id est substantiis z de accidentibus que solū exigūt seu requi
runt id in quo existūt. z non requirunt aliquod extrinsecus
adueniens dictū est in libro p̄dicamentoz. de reliquis ve
ro nunc dicendū est in hoc libro

Q. Utruz diuisiones formarū in textu posite sint
sufficēter assignate Dm q sic. que quelibet
illaz datur per mēbra opposita z partes diuidētes nō ex
cedunt diuisum nec excedunt a diuiso. z euacuāt totum
ambitū diuisi. sed ille sunt tres cōditiones ad sufficientes
diuisionē requisite. ergo zc. Et ponunt ille sex diuisiones
hic ad cognoscendū formā de qua est hic ad p̄positū. quia
ex prima diuisione habet q illa forma est naturalis. Ex se
cunda sumit q ipsa est existens in subiecto. Ex tertia su
mitur q ipsa est insensibilis. Ex quarta q ipsa nō est situa
ta in aliqua determinata pte Ex quinta q ipsa est accidē
talis. Ex sexta q talis forma est extrinsecus adueniens.
Ex omnibus p̄dictis patet. q duo sunt antep̄cipia in ge
nere. scz definitio z diuisio. sed octo in specie. scz due defi
nitiones z sex diuisiones.

**Actio vero est fm quā in id quod subijci/
tur agere dicimur. vt secans quis in eo**

q̄ secet secans dicitur.

Postq̄ Gilbertus determinauit de q̄busdā antep̄cipi
cipijs. nunc incipit determinare de ipsis veris principijs.
Et diuidit hec pars in sex pres fm q̄ sex sunt principia.
partes patebūt. prima pars est de actione. z diuidit in du
as. quia p̄mo determinat de essentialibus actionis. secūdo
de p̄prietatibus eius. ibi (Scire autē oportet) Prima iteruz
in duo. quia p̄mo definit actōem. z secūdo diuidit eā. ibi
(Est autē alia) Quo ad primū dicit. q̄ actio est fm quā in
id quod subijci agere dicimur. vt aliquis dicit secans in
eo q̄ secat. z docēs in eo q̄ docet. Et ratō ordinis quare
actio z passio p̄cedunt omnia alia est. quia illa magis vidēz
tur cōuenire cum his que intrinsecus substantie accident
quia iuxta p̄dicta actio causat a naturali potētia. p̄ime
et a forma originaliter. z passio proxime a naturali impo
tentia. sed originaliter a materia. z ex hoc etiā habet qua
re actio p̄cedit passionem

Q. Utrum descriptio data de actione sit cōueniēz
ter assignata Dicendū q sic dūmodo bñ fus
erit intellecta. est em̄ sensus definitionis. actio est supple
forma accidentalis fm quā formā accidentale dicimur sup
ple formaliter nos hoies vel prime substantie agere in id
quod subijci. id est in passum quod semp subijci fm vir
tutem. Unde actio vt in logica considerat est qdā for
ma accidentalis in agente existens formalis ratio agendi
trāsitiue fm quā nos dicimur formaliter agere in id quod
subijci. id est in passum. quia omnis actio transit in passum
Et dicitur notanter. in id qd subijci. quia terminus trās
sitionis est accusatiuus. Et magis dicitur in id q̄ supra id. qz
ipsum agens penetrat patiens ab inera. sed illa p̄positio
in proprie sumpta intraneitate impoztat

Ar. Nullū genus generalissimū potest definiri. sed
actio est genus generalissimū. ergo non potest
definiri. Dicitur patet p̄ Boetū. quia sola species definit

Sex principiorū

**Sed minor est manifesta Dicendū q nullū genus
generalissimū potest definiri. definitōne quidditativa et
essentiali. quia omnis talis debet dari p̄ genus et diferen
tiam. sed definitio actionis est solū quedā descriptio ex
stans maioris declaratiōis q̄ nomē fm se sumptū. Et
quādo dicit. omne definitū debet esse vniuersale. sed actio
non est vniuersale. ergo nō est definitū. Minor p̄batur.
quia fm p̄m primo metaph. actio est singulariū. Dico
dū licet hec actio vel illa nō sit nisi suppositoz. tamen actio
simplr z in cōi accepta quo modo abstracte ab hac vel illa
habet rōem generis z vniuersalis quod hic definitur.**

Ar. Illud quo agēs formaliter agit ē in eo forma
licet. sed actio nō est formaliter in agente sed in
passo. ergo actio nō est formaliter in agente agit. Dicitur
not. p̄batur p̄ p̄m tercio phis. vbi vult q̄ actio z passio
sunt vnus motus. sed motus est in passio. qz est actus mo
bilis. ergo actio z passio sunt in passio Dm fm docto
rem scim. q̄ actio phisice inquantū capis pro re acta est in
patiente. z identificat cū passione. sed logice. i. inquantū
logicus loquitur de actione. sic est in agente existens princ
ipiū quo formaliter agere dicitur. quia sicut potētia actiua que
est principū actionis est in agente. ita similiter actio. z isto
mō distinguit realiter z p̄dicamentaliter a passione

Ar. Nullus respectus est principū agendi. sed ac
tio est ens respectiū. ergo nō est principū agē
di. Minor p̄batur. qz actio est habitudo agētis trāsmiss
tantis ad passum trāsmutatū. Dm q̄ actio non est
ens respectiū essentialiter z ex p̄ncipali significato. sed so
lum accidentaliter z ex cōnotato. Sed Anthonius andree
in suo cōmento sup sex p̄ncipijs dicit q̄ sex vltima p̄dicamē
ta sunt essentialiter respectiua. z distinguit de duplici respec
tu. quia qdaz est intrinsecus q̄ necessario sequitur ambo ex
trema posita in actu. z talis est de p̄dicamento relationis
Alius est respectus extrinsecus adueniens q̄ non necessario
sequitur extrema posita in actu. sicut posito actus
uo z passioo puta igne z p̄bustibili non necessario sequit
tur actio cōbustiuā nec passio. qz impediri posset p̄pter di
stantiā extremoz. z talem respectū ponit in sex vltimis p̄
dicamentis. sed illa distinctio in p̄dicamentis est reproba
ta. ideo prima solutio est melior.

Ar. Actio z agere idē sunt. ergo nō p̄t actio p̄ agē
re definiri. An̄s p̄batur. qz habent se sicut abs
tractū z concretū. Tenet cōsequētia. qz alias idem des
finiret per seipm Dm licet sint idē fm rem. differunt
tamē in mō sign. ficādi. quia agere dicitur actōem vt exercitaz
hoc est fm esse qd̄ habet in subiecto. sed actio nominat ac
tionē vt conceptā p̄ modū habitus z q̄tis. z p̄pter illam
diuersitatē actio definit p̄ agere. qz agere ex quo est cōcre
tum est nobis notius q̄ actio. Et p̄ hē loquens de actio
ne z passione noiat ea concretive. qz cōsiderat decē p̄dica
menta vt p̄dicant de prima substantia. sed sic p̄dicari cōue
nit concretis z non abstractis. Gilbertus vero cōsiderat
ista sex in ratione principij. ergo definit ea in abstracto. qz
abstractū est formale principium sui concretū

Ar. Ista definitio non cōuenit omnibus contentis
sub definito. ergo nō est bona. An̄s p̄batur. qz
creatio est actio creatis. z tñ nō est in id qd̄ subijci qz crea
tioni nihil subijci. cū sit ex nihilo Dm licet creatio sit
actio fm modū. non tamē fm rem. qz fm rē est suba del
creantis cum relatione rōnis ad creaturā. z ergo creator

ad creaturam refert relatione rationis. licet econtra crea-
tura referat ad creatorem relatione reali

Arguit. Ista definitio couenit alijs a definitio-
to. q̄ nō est bona. An̄ p̄ba. q̄ fm
formā subalē puta fm aiām z etiā fm artem domificato-
riā. z s̄lt̄ fm instrumentū. s̄. securim dicimur agere in id
q̄d subijc̄. z t̄n̄ manifestū est q̄ nō s̄t̄ de genere actionis
D̄m̄ q̄ fm aiām dicimur agere effectiue. q̄ ipsa est
p̄ncipiū originale actionis sicut q̄libet alia forma subalis
fm q̄ d̄. in de generatōe. forme ē agere. materie vero pa-
ti. t̄n̄ solū p̄ actōem dicimur agere formalit̄. q̄ actio ē for-
ma in agere q̄ est p̄ncipiū p̄cessus effectiui p̄tutis agētis
in paties. a q̄ h̄z agēs q̄ formalit̄ agere d̄. Et ita s̄lt̄ solū
uis de arte z instrumento. q̄ fm arte dicimur agere solū ef-
fectiue z directiue seu habitualit̄. z fm securim instrum̄
taliter. q̄ securis est instrumentū domificatoris separatū. si-
cut manus est instrumentū p̄iunctū. ¶ Et q̄n̄ replicatur
fm factōes formalit̄ dicimur agere in id q̄d subijc̄. z t̄n̄ fa-
ctio nō est actio. vt pz. vi. ethi. D̄m̄ h̄z agere z facere. p̄
p̄rie accepta inter se distinguant. q̄ agere d̄ actōem imas-
nentē cui⁹ obiectū est in agere. vt intelligere uelle z huius
modi. Facere autē d̄ actū trāseuntē cuius obiectū ē extra
vt secare uirere. t̄n̄ in p̄posito nō distinguunt. q̄ vnū mo⁹
p̄dicādi habēt ad que oīa p̄dicabilia istius coordinatiōis
ordinant. Nā om̄e q̄d p̄tinet p̄cedit ab agente d̄ actio.
sicut intelligēs est agēs z intelligere actio eius. z s̄lt̄ cale-
faciens est agens. z calefactio est actio eius

Ar. Viuere lucere calere florere z s̄lt̄ h̄z actōes. z
t̄n̄ nō s̄t̄ in id q̄d subijc̄. Sc̄da pz pz. q̄ nō de
termināt sibi aliq̄d subiectū extrinsecū D̄m̄ q̄ illa uer-
ba neutralia p̄rie nō fecant actōem. q̄ actio est trāsitū⁹
p̄cessus forme in passum. sed illorum actio est intrāsitua
et sic noiant simplices diffusiones forme. z s̄t̄ in codē p̄di-
camēto cū formis quāz s̄t̄ diffusiones. vt lucere est in cor-
de p̄nto cū luce z florere cū flore. z uiuere cū uita. q̄ effe-
ctus cause formalis z cā formalis idēficat. S̄z uerba ac-
tiua z etiā uerba deponēralia actōem significātia cū par-
ticipiis ab eis descendētibz sunt in isto p̄dicamento

Ar. Quod subijc̄ actioni est agēs. sed agēs non
agit in seipm̄ sed in passum. q̄ incōuenienter d̄
in id agere q̄d subijc̄. Maior pz ex dictis. q̄ d̄m̄ est q̄
actio vt h̄ic cap̄it est subiectiue in agente. D̄m̄ q̄ du-
plex est subiectū actōis. s̄. inhesiōis z trāsitōis. Subiectū
inhesiōis actōis est ip̄m agēs. s̄. subiectū trāsitōis q̄d ma-
gis p̄rie dicitur obiectū est passum in quod recipit actio
ph̄ysica cuius actio logica est p̄ncipiū. d̄. t̄n̄ in definitōe
in id q̄d subijc̄ ad fecandū plenā uictōriam agētis super
passum. q̄ om̄is actio fit ex p̄portōe maioris inc̄lūtat̄is

Ar. Dulce sunt actōes fm̄ quas nos nō dicimur
agere. sed alie res vt pz de actōe ignis vel equi
ergo male ponit in p̄ma p̄sona dicimur. Etiam sequeret
q̄ non defineret actio in cōmuni sed actio nostra. Di-
cendū q̄ nos ponit ibi p̄ antonomasiā siue p̄ excellentiaz
quia h̄ō est p̄cipatiue om̄is creatura. z sic nō debent ex-
cludi alie res sed magis includi. Unde plures sunt actio-
nes in homie q̄ in quacūq̄ alia creatura. quia homo agit
actionibus anime z corporis

Est autē alia q̄dem anime. alia uero corporis
differūt aut q̄m̄ ea que corporis est mouēs est ne-

cessario id in quo est. Idēem̄ quod agens cor-
pus est z mobile est. aīe uero actio id nō mouet
in quo est cōiunctū. Anima em̄ dū agit immo-
bilis est mouet autē corpus. aīa uero imutabilis
p̄manet. q̄m̄ aīa q̄dem nec fm̄ locū nec fm̄ alioz
motuū quēq̄ mouet nisi forte fm̄ alteratiōem
nō em̄ clementū suscipiēdo mouet neq̄ dūmi-
nuendo neq̄ ad oppositū locū trāscundo. Lo-
cus em̄ corpus est. aīa uero corpus nō est. Im-
possibile uero est nō corpus corpe moueri. q̄re
nullā loci aīa suscipit mutatōem. Solū em̄ cor-
pus in eo q̄ de loco ad locū transit mouetur

¶ Posita definitōe actionis. cōsequenter diuidit eā. Et
diuidit in tres p̄tes. in p̄ma facit h̄. in secūda cōparat mē-
bra ad inuicē. in tertia mouet dubitatōem. sc̄da ibi (Dis-
ferūt autē) tertia ibi (Hoc autē) Quo ad primū d̄. q̄ actio
onū alia est anime z alia corporis. Et ponit p̄sequēt̄r diffe-
rentiā inter istas actiones. q̄ actio corporis necessario mo-
uet ip̄m agens in q̄ est vel sicut in subiecto vel sicut in cā.
q̄ istud nō est agens nisi motu suo z immobile existens non
agit. q̄ necessario mouetur. vt secans nō secat nisi moueat
vt uiuens uisione mouet. quia op̄tet uiuens accedere ad il-
lud quod uis̄ accedere autē est aliquo mō moueri. sed actio
anime nō mouet necessario in id quo est sc̄z agens. sed
mouet cōiunctū. Anima em̄ dum mouet corpus uiuifia-
cādo z fm̄ locū in motu p̄gressiue z alijs uite moribus
imobilis manet. q̄d p̄z inductiue. q̄ nec fm̄ locum nec
fm̄ quēq̄ alioz motuū mouet. nisi forte fm̄ alterationem
Non em̄ mouet fm̄ augmētatiōem. quia non suscipit cre-
mentū. nec fm̄ dūminutiōem cū nō suscipiat decrementū
quia nō est quāta. isti uero motus quantū p̄su p̄ponit. nec
mouet de vno loco ad oppositū locū trāfferendo. quia lo-
cus est corpus cuius sup̄ficies est locus. et nō locat nisi
id cuius p̄ncipiū mediū et finis assignat fm̄ partes loci
Anima autē non habet p̄ncipiū mediū z finē per loci ter-
minos distincta cū non sit corpus. ergo non potest fm̄ lo-
cum moueri. etiā quilibet locus est corporalis. z aīa non est
corpus. sed impossibile est nō corpus corpe moueri. Nō
igitur mouet anima aliquo mō nisi forte fm̄ alteratiōem
Illa t̄n̄ non est anime sed totius cōiuncti ex aīa z corpe

Ar. Utrum diuisio actionis p̄ actionē anime z cor-
poris sit sufficiēt̄r assignata Dicendum q̄
sic. quia mēbra diuidentia euacuant totū posse diuisi. z s̄t̄
aliquo mō opposita z non excedūt ipsum diuisum. Et est
illa diuisio accidētis in subiecta si attendat id quod ē so-
lum subiectū actōis. vt corpus vel aīa. sed quādo illa duo
includūt formā actionis sic q̄ dicat actio animalis vt cor-
poralis. sic est diuisio generis in species. Cuius rō est. q̄
sicut passiones distinguunt p̄ suos terminos ad quos s̄t̄.
ita actiones specificē distinguunt p̄ p̄ncipia a q̄bus sunt
effectiue. iō actio aīe q̄ p̄cedit ab aīa. z actio corporis q̄ p̄-
cedit a corpe ex p̄te corporis z anime a q̄bus effectiue cau-
santur capiunt distinctionem specificam

Nulli genus
durantia ex
er differens
criptio est
p̄ncipio
lect actio
p̄banur.
ū. Dicen
men actio
hac vel il
dicitur.
to forma
intellectu
igit. D̄m̄
o z passio
tens mo
fm̄ docto
cta est in
uantur z
p̄ncipio
tua que
io. z illo
sed ac
p̄ncipio agē
rūm̄
non est
sed so
andree
dicunt
in resp
mō ex
lūonis
cessario
sino actio
z sequit
z p̄ter d̄
v̄t̄m̄ p̄
z r̄p̄ndit
no p̄ agē
sunt ab
idem des
differunt
exercitaz
minat ac
ter illam
est cōere
de actio
et p̄lica
ari cōuē
cōsiderat
tracto q̄
contem
p̄m̄ q̄
p̄p̄ ma
actio sit
suba d̄
creant

Questiones

Notandū Q. actio corpis et anime sic differunt. qz actio corpis necessario ē mouens illud in quo est sicut in causa. et illud in q̄ est sicut in subiecto. cuius rō est. qz agens corporeū nō agit nisi p̄ contactū. mō ad p̄tractū requiritur motus. qz actio corpis que est p̄ cōtractū mouet illud in quo est. ideo bene dī qz omne agens corpale in agēdo reparat. Sed actio anime non mouet illud in quo est vt in causa. qz nō mouet illā animā aut formā vt separatū. sed mouet totū iunctū. qz dum aīa agit tūc mouet corp⁹ et manet immobilis p̄ se. et nō mouet nisi p̄ accūs. vt sufficiēter circa p̄mārdem text⁹ ostēdit.

Ar. Differentie diuīsiue debēt esse in eodē genere cū diuisio. sed aīa et corpus nō sunt in genere actio nis. q̄ in cōueniēter diuidūt actōem. Dm q̄ duplīces sunt dīe diuīsiue. q̄dam sunt p̄dicatiue q̄ solū dicūt qd. et de istis verū est qz sunt in eodē genere cū diuisio. alie s̄ dif⁹ ferentie causatiue q̄ causant aliqs spēs et distinctōem spe cificā sub aliquo genere. et de illis non oportet.

Ar. Aliq̄ est actio toti⁹ p̄positi q̄ nec est aīe nec cor poris. etiā calor agit calefaciendo. q̄ ista diuisio nō est sufficiens. Dm q̄ omnis actio est toti⁹ p̄positi. qz actus et opationes sunt suppositoz. hoc tñ semp est grā alicuius p̄ncipiū. qd̄ p̄ncipiū vel est corp⁹ vel aīa. Ad cō firmatōem dōm. qz calor et q̄cunqz alia forma accūtalit solū est p̄ncipiū actōis instrumentale. id ē aliqd̄ agit. et q̄ ca lefactio p̄ncipaliter est ab igne. s̄ ē instrumentale a calore.

Ar. Omnis actio est a forma. q̄ nulla ē actio corpis. Ans pbat. qz vnūquodqz agit s̄m formā et pa rī s̄m materiā. Tenet p̄ntia. qz corpus est ps materialit cōpositi. Dm qz actio nō dī corpus quasi totaliter sit grā corpus vel materie. sed ideo qz p̄cedit formā immer sam materie. aut formā nō habentē opationē absqz corpe vt calefacere frige facere. et sic de alijs. S; p̄ oppositū dī actio aīe q̄ p̄cedit a forma nō totaliter materie imersa. vel a forma que sup̄gredit naturā corpis siue talis forma sit actio corporis siue non. et hoc mō intelligere et velle. sicut etiā actiones intelligentiā dicuntur actōes anime.

Ar. Omnis actio est inter p̄raria. sed aīa et corpus cū sunt sube nō habēt p̄raria. q̄ nō est aliq̄ actō aīe vel corpis. Dm qz actio capī duplī. vno mō p̄rie p̄ actōe p̄raria. et sic est p̄rarioz. Alio capī large s̄m qz etiā mouere est agere. et tali actōe etiā suba agit. quā dī Damascen⁹. qz nulla res est que destituit a sua p̄ria actō ne. et ideo pbat Aresto. qz vnūquodqz h̄z actū et suā p̄riam actōem ad quam est virtus eius.

Ar. Cōtra dñam in textu assignatā. supiora mo uent inferiora. et tñ supiora illo motu nō vident moueri. et etiā magnes manēs immobilis agit in ferrū ip sum attrahēdo. sicut dī Auitē. qz oculus mulieris mēstrua te. piccit camelū in foueā. et tñ oculus ille māsīt immobilis. ergo nō est semp̄ necessariū corpus in actōe sua moueri.

Dm qz talis motus corp⁹ superior est motus vir tutis q̄ est spūalis. et sic q̄uis sit corp⁹ nō tñ est q̄litas corp⁹alis sed virtutis incorporee. et ideo non est necesse in ipso corpus moueri. qz nō est corp⁹alis actio. Vel dōm qz sicut corpa supiora mouēt motu virtutis suoz motoruz sic etiā mouent motu virtutis ipsoz. Ad aliud dicendū qz magnes virtute sua specifica alterat aerē. et p̄nter aer fer rum. et sic ipm̄ alteratū mouet ad magnetē tanqz ad p̄ioz

Sex principiorū

p̄m locū. et nō agit in ferrū p̄ sube p̄tractū. Ad terciū dī s̄ milit. qz oculus mulieris mēstruare agit p̄ humores p̄ra uos et infecros. sic dī de basilico q̄ inficēs hōiem pus infis cir aerē p̄ humores venenosos egrediētes eius oculos.

Ar. Videre audire sapere et imaginari s̄ actōnes aīe. et tñ in hīs oibus mouet illud in q̄ est actō. Dm qz omnia h̄mōi vere et s̄m naturā sunt passiōes ipsius corp⁹. et s̄ sunt in p̄dicamēto passiōis. qre dī p̄hs in scō de aīa qz sensus sit virtus passiva. qd̄ verū est q̄ ad receptōnem sp̄i sensibilis. sed postq̄ illa spēs recepta est sensus iudicat de sensibili. et sic ē actiuus. qz iudicare ē ages re. et p̄ter hoc sup̄dicta possunt dici passibiles actiones. Et qz in talibz actionibz illud qd̄ mouet nō mouet motu p̄rario. sed potius motu intētionis q̄ est motus s̄m rōs ne et qd̄ p̄fectio potētie. id potētia simplī nō dī moueri.

Hoc aut in q̄busdā indubitabile apparebit speculo em̄ imutabili p̄manente imaginis mo tus mobilis fieri videt ad oppositi mutatiōem. Impossibile ē erit soluere p̄cesso qz ibi vere for ma existat. Si vero nō est. incredibilis error pu tabit in vulgo licet p̄uenientius sit dicere.

¶ Hic Silb. mouet dubitatiōes p̄tra ea que dicta s̄. qz nō p̄t nō corp⁹ corpe moueri. Dicēs imago in speculo est non corpus. et tñ p̄ corpe moueri. qz speculo immobili p̄manenti moueri videt ad partē oppositā s̄m locū. qz v̄ def moueri a dextro in sinistru ad motū rei obiecte. Tūc Silbertus dī. impossibile erit hanc obiectōem soluere cō cello qz in speculo vera forma imaginis p̄sistat. qz tunc seq tur qz motu speculi mouebitur. eo qz mot⁹ nobis mouent omnia q̄ in nobis sunt. qd̄ tñ falsum est. qz speculo immobili p̄manente imago apparet veniens et recedēs et sitū variās ad variatōem inspicētis. Si vero dicat imagines nō esse in speculo. licet hoc sit cōuenienti⁹ dicere et aliquo mō ves rum tamē generabit intollerabilis error in vulgo. quā vi sus iudicat imaginem esse in speculo.

Querit. Vtrū imago in speculo apprensus sit vere in speculo sicut accūs i subiecto.

Pro r̄sione notandū. qz speculū est corpus polituz et tertium in sup̄ficie exteriori trāsparens vt imaginē v̄lntē r̄ones rez. possit suscipere. et ab alia p̄e terminatū p̄ oppos itōnem picis vel plūbi vel alicuius alterius corp⁹is densū vt imago intus recepta nō trāseat sed reflectat. et p̄ illā re flexionē videt imago. Tunc dōm est qz imago est in cor poze inspectoris materialit et vt in subiecto. in medio ves ro ē intēcionaliter. et vt in deserēte In speculo aut est vt in terminante radiū incidentē. qz a speculo reflectit. Et ideo imago ad motū speculi nō mouet. qz non est in ipso vt in subiecto. sed mouet p̄ accūs ad motū respiciētis vel ref in qua est vt in subiecto. qd̄ ideo dī. qz Silbrus videt innu ere qz sit in extremitate aeris tāgētis speculū. qd̄ tamē fal sum est. qz obiectum quod videt p̄ mediū non est in me diū. als em̄ mediū esset extremum.

Notandū Qz imago illa q̄ sic in speculo ap paret generat in medio a corpe luminoso. qd̄ sit s̄m triplīcē radiū s̄s rectū reflectum et fra ctū. Radius rectus est ille q̄ dīstīndit a corpoze luminoso

In medio eiusdem dyaphaneitatis quod durat virtus luminosi. Radius reflexus est ille qui occurrere opaco ante terminetur virtus actiua luminosi diffundit in partem obiectam. et hoc necessitate naturali. quod agens naturale cuius virtus actiua non est totaliter exhausta in directum agit quantum potest. et quod non potest in directum agit in obliquum. Sicut patet de radio solis terminato ad parietem et hoc modo imago generatur in speculo. Radius fractus est ille qui occurrente medio alterius dyaphaneitatis. non tamen omnino opaco multiplicatur in illo medio non secundum lineam rectam sed incidit ibi angulus. sicut patet de baculo cuius una pars est in aqua. et alia pars in aere quod apparet fractus. licet non sit

Ar. Imago ista que videtur autem in aere aut in oculo videtur in speculo. sed non est in aere. quod ibi non videtur neque in oculo videtur. quod sensibile positum supra sensum impedit sensationem. ex secundo de anima. ergo relinquatur quod sit in speculo. Et confirmatur. quod unumquodque est in illo ut in subiecto a quo non differt per situm et locum. sed imago in speculo est huiusmodi. ergo est in speculo subiective. **Binor.** probatur. quod alias videtur in extremo aere tangente speculum. **Ordinatio ad primum quod inductio est insufficientis.** quod ut dicitur est imago ista est in corpore videtur subiective. **Ad secundam ordinem ordinem quod imago illa est in speculo terminatur.** et ab isto huiusmodi non differt per situm et locum a speculo et ita similiter debet solui ratio Gilberti. quia si imago nullomodo esset in speculo. tunc committeretur incredibilis error in vulgo

Scire autem oportet quod omne quod in motu est actio est. moveri autem actio est. Si quis igitur moveatur agit necessario. omnis igitur actio in motu est. omnis itaque motus in actione firmabitur. proprium igitur actionis est in motu esse sicut proprium motus in actione. Et in his quidem actionibus in quibus est generatio aliquid palam est. de his vero que corrumpuntur fortasse obijciunt. nam quod destruit domum in motu est. Nihil autem agere videtur. nam nihil efficitur. sed quod est factum destruit. dico autem actionem non quod dicitur in quod agat exire. Non est autem motus actio sed quale. desce re enim quale est. quare et motus quidem quale erit simpliciter enim quecumque contrariorum oppositorem suscipiunt eiusdem recipiunt generis predicatorem

Postquam Gilbertus determinavit de actione quod ad eius essentialia. consequenter persequitur de eius proprietatibus. Et dividit in tres partes secundum quod tres ponit proprietates actionis. Secunda ibi (Naturalis forma) Tercia ibi (Recipit autem) Prima in duo. quod primo facit hoc. Secundo duas movet dubitationes. ibi (Et in his quidem) Quo ad primum debet scire oportet quod omne quod est in motu est actio. moveri enim est actio. quod si quid movetur ipsum necessario agit. Et quo sequitur quod omnis actio est in motu. et omnis motus in actione

firmabitur. quare proprium est actionis esse in motu. sicut patet proprium motus esse in actione. Tunc ibi (Et in his quidem) Gilbertus movet primam objectionem dicens quod in illis actionibus in quibus est aliqua generatio. id est in quibus aliquid agit palam est quod ibi motus et actio sunt simul. sed in illis in quibus fit corruptio videtur motus sine actione. quod illud quod destruit movet sed non agit aliquid. imo potius detegit siue quod actum est destruit. Sed ad hoc respondet Gilbertus. in corruptio actio et motus sunt etiam simul siue agere et movere. quod actio non requirit semper id quod agit sed in sua ratione solum exigit id in quod agens agit. scilicet patiens siue subiectum. et tale etiam huiusmodi motus deperditur. Tunc ibi (Non est autem) Gilbertus solvit aliam objectionem que fieri potest ex diversis. ex quo enim dicitur est quod actio est in motu et motus in actione posset aliquis credere quod actio et motus essent unum et idem. Hoc autem remouendo debet quod motus non est actio. sed magis quale. quod quiescere est quale. quies autem opponitur motui. sed opposita sunt in eodem predicamento. quod motus est quale seu in genere qualitatis.

Queritur. Utrum prima proprietas actionis in qua debet quod omnis actio est in motu et omnis motus in actione firmatur sit vera. **Ordinatio quod sic.** quod motus est actus agentis in fieri. et fundatur in actione sicut in principio. et quod etiam motus est effectivum principium actus in patiente. et sic actio fundatur in motu. et sic unum non est sine alio nec econtra. ideo omnis actio in motu et omnis motus in actione firmatur. unum si actio sit immanens talis est in motu. prout motus est actus entis perfecti. scilicet agentis. et si sit actio transiens talis est in motu capiendum motum in primum ut extendit se ad actum entis perfecti. quod est operatio agentis et ad actum entis imperfecti qui est passio mobilis

Ar. Prius non fundatur in posteriori. imo magis econtra. sed actio est prior motu. quod non fundatur in ipso. **Binor.** probatur. quod actio est principium motus. ut calefactio actiua in igne est actio logice et est principium caloris que est motus et recipitur in aqua. **Ordinatio quod per se motus fundatur in actione tanquam in suo principio.** tamen per actionem potest etiam actio fundari in motu in quantum forma acquisita per actionem que est motus est principium alicuius actionis subsequentis. Exple gratia. calor receptus in aqua est motus. et ille calor potest esse principium actionis. scilicet calefactionis carni vel alicuius alterius. Et quod arguit. idem non fundatur in se ipso. sed actio et motus idem sunt. tertio physicorum. quod unum in altero non fundatur. **Ordinatio quod actio capit dupliciter.** uno modo physice. et sic est ipsemet motus. et non fundatur in motu nisi capiat secundum relationes formales superadditas. Alio modo capit logice. et tunc distinguitur per motum et fundatur in motu secundum intellectum nunc datum

Ar. Intelligere et velle sunt actiones et tamen non sunt in motu. Sed a patet patet. quod sunt in parte intellectiua que non movetur. **Ordinatio quod motus capit dupliciter.** uno modo proprie ut est actus imperfecti. et sic intelligere et velle non sunt in motu. Alio modo capit generaliter prout extendit se ad omnem mutationem siue sit actus perfecti siue imperfecti. vel prout extendit se ad operationem agentis. et sic sunt actiones in motu firmate.

Ar. Illuminatio est actio et tamen non firmatur in motu. Patet quod omnis motus fit in tempore quod est successivum. sed illuminatio fit in instanti. **Ordinatio quod motus capit in ista proprietate communiter.** prout extendit se ad

Questiones

quodlibet mutacionem siue instaraneam siue successiuam. et sic etiam illuminatio fundatur in motu. quod illuminatio fit in in flari. et sic reducitur ad generacionem ad minus secundum quid. quod est ad formam accidentalem

Queritur Utrum motus sit in genere qualitatis
Omnis motus est actus entis indifferenter siue perfecti siue imperfecti. et sic potest reperiri in omnibus generibus. sicut in omni genere est potentia et actus inter que est motus communiter acceptus. Secundo modo accipitur motus secundum naturam speciei ad quam est. scilicet in quantum est eiusdem essentie cum suo termino ad quem. et sic est in quatuor generibus. scilicet in subiecta quantitate qualitate et ubi. quod verum est si capiatur per extensum se ad mutationem. Tercio modo sumitur motus secundum quod est forma mouentis ab ipso. procedens in illud quod mouetur. et isto modo motus est qualitas secundum quam mouens quale dicitur. et dicitur habitus si sit actus perfectus et entis perfecti. sed dicitur dispositio si sit entis imperfecti. postquam tamen etiam ponitur in tertia specie quantitate. per quod est sensibile commune sicut et quies. ut dicitur secundo de anima. Et hoc modo videtur auctor noster considerasse motum cum dicitur. motus est quale sicut et quies

Ar. Motus est in genere quantitatatis. non in genere qualitatis. Genera quantitatatis. quod idem non potest esse in diuersis predicamentis. Ans. probatur per philosophum in quarto metaphisicorum. Etiam tempus est quantitas per motum. et motus magis. sed tempus est quantitas per se. et motus. Oportet quod de quidditate motus sunt due famose opiniones. vna est quod dicitur quod motus est fluxus forme superadditus. et sic certum est quod est per se species quantitatatis. Altera est opinio verior quod dicitur quod est motus forma fluens. et sic est in diuersis predicamentis secundum quod diuersimode capitur ut dictum est

Naturalis vero proprietas actionis est passionem ex se in id quod subiectum inferre. Dis enim actio passionis perfectiua est. omnesque passionem inferens actio est. Contingit autem actionem ab actione effici. actio eius quod per se mouetur eius actionis quod per aliud est generatiua est. Actio enim ab animali illata ab ea que animalis principium sumit. nihil tamen interest siue agere siue pati animalis eius quod est ab animali agere est principium dicatur. Et si actus quod est per modum principium est. pati vero per mixtum quod obiectum passionis et actionis actus generatiuus est. Facere vero id quod quale est ex se gignit. qualitas enim calor est efficit autem eam quod calefacere est actionem. Qualitatum vero particularium positio effectrix est. et quantitatatis. asperitas enim et lenitas et similia qualia sunt. Linea vero superficies et soliditas quantitates sunt. Vniuersa autem hec a situ substantiam et generacionem habent. quantitas autem quantitatatis est. ut lon-

Sex principiorum

gitudinis linea. latitudinis planus. altitudinis vero solidum est corpus. qualitas autem est effectrix qualitatis. ut caliditas calor. situs autem agere et pati. In dispositionibus namque compositio quedam generatio simplicium sit quam in motiua actione consistere necesse est. quoniam vero tempus causa est. ubi per locus. habere autem corpus. ea enim que circa corpus sunt habere dicuntur. Eorum vero que in subiecto non sunt indiuiduorum corruptio quod est in primis generatio vero in his que motus post priorum constitutionem consistunt. Eorum vero que de ipsis predicata sunt ea e quibus omnino nulla est predicatio ut omnes quod est homines eius hominis qui communis et vniuersalis est.

Utrum Gilbertus ponit secundum proprietatem proprie propriam actioni. Et diuidit in duo. nam primo facit hoc. Secundo quod dam remouet dubitationes. Quo ad primum dicitur quod naturalis proprietas actionis est ex se inferre passionem in id quod subiectum. quod omnis actio est effectrix passionis et inferre passionem. Tunc ibi (Contingit autem) Gilbertus prima modo uer dubitationem. quod postquam dicitur. contingit quod actionem inferri ex actione. sicut calefactio ignis est causa quod lapis ignitus calefacit. et hoc etiam manifestum est in his que per se mouentur. ut in animalibus que principium sui motus habent in se ipsis. sepe enim contingit quod actio animalis quod per se mouetur effectrix est eius actionis que est actio per aliud. sicut actio illata ab aliquo animali. Nam obiectum Gilbertus soluit dicens quod contingit actionem per accidens esse effectrix actionis. per se autem passionis est generatiua et factiua. et ideo definitur per hoc quod ei per se uenit. et non per hoc quod ei per accidens uenit.

Tunc ibi (Facere vero) Gilbertus ostendit unde generat actio. et dicitur quod quale siue quantitas est principium ipsius agere. quod qualitas que est calor efficit ex se illam actionem que est calefacere. quod nihil est actiuum nisi qualitas. ut dicitur philosophus in genere qualitatis actiue qualitates sunt passibiles quantitates. Tunc ibi (Qualitatum vero) Gilbertus respondet tacite questionem que fieri potest. quod res vnius predicamenti non esse inueniuntur. quod si quarumdam quantitatium particularium et quantitatium positio est effectrix. asperitas namque et lenitas et similia. qualitates sunt a positioibus causate. Sicut etiam quod dam quantitates a positioe efficiuntur et causantur. ut linea superficies corpus. partibus enim eque in longitudine dispositis causatur linea. si autem ponantur ad duas diametros. scilicet longitudinis et latitudinis. sic causatur superficies. si autem in tres corpus. vniuersa enim que dicuntur sunt a situ siue positioe substantiam et generacionem habent. Sicut etiam quantitas effectrix est quantitatatis. sicut linea corporis facit longitudinem superficies latitudinem. et tertia dimensio corporis profunditatem. Sicut quod qualitas efficit qualitatem. ut calor ignis efficit calorem aque. Situs etiam quod facit agere vel pati. et sic de alijs. ut ad longum rextus ostendit. quod ubi causatur a loco. quando a re. habitus autem causatur ab his que sunt adiacentibus

ria corpori. Tūc ibi (Eoz vero) Ostēdit incidentaliter generatōem subaz. et pmo pmap. secūdo secundarum dicens. q in pmissis indiuiduis sube q non sunt in subiecto est corruptio sine generatōe p̄cia. vt patz de adam q est creatus et nō generatus. sed in alijs indiuiduis sequētibus est generatio. qz illa sunt genita a p̄missis indiuiduis creatis. Sed sube q sunt vles et de p̄missis p̄dicantur cau- sant a p̄missis. sicut oēs hoies particulares sunt generatio illius hois q est oibz cōis et ad oēs vniuersalis

Querit An p̄missū sit actioni ex se inferre passio nem. **Ordin** q sic. et vocat in rextu p̄prietates naturalis. qz puenit actioni p̄m suā naturā et sub stantiā. vt dicit eius definitio. Et est rō p̄prietatis. quia actio est p̄cessiuus actus agentis. ab agente. passio vero est receptio illius actus agentis. sed p̄cessiuus actus agentis qui dicitur actio causat et inferre receptōem eius in id quod subijct. q̄ omni actioni puenit de se inferre passiones. **Ad** intelligi debet in genere cause efficientis. qz sic nō p̄hibet rem q̄ est de vno genere esse causam alterius vt Gilbert in ductiue pbat p̄ ordine in pluribz p̄dicamentis

Ar. Inferre est agere. sed actio nō agit. q̄ nō inferre **Minor** pbat. qz actio est in agente. si q̄ actio ageret actio esset in actōe. q̄ est in cōueniētiis. Et p̄firma tur. qz actio et passio simul fiunt ab eodē agente. q̄ vna nō inferre aliud. **Ordin** q̄ actio nō est id q̄ inferre. qz actio nes sunt suppositoꝝ. vt dicit p̄mo metaph. sed actio est for malis rō qua agens formaliter agere dicitur. et sic actio tene potest esse instrumentū actōis. sed nō p̄t esse agens quod **Ad** p̄firmatōem dicitur. qz licet actio et passio simul tpe cau sant ab agente. tū p̄us natura ab ea causat actio. et p̄ acti onem inferre passio. **Pro** quo notādū q̄ in agente sicut exēpli gratia in igne calefaciente quartuoz reperitur per ordinē. Primo forma subalis ignis que est p̄ncipiū esse tritiū et remotū actōis. Secūdo ibi reperitur naturalis potentia que etiā est p̄ncipiū effectiui sed p̄pinquū. Ter cio inuenit ibi calor de tertia specie q̄litate. et nullū istoz est actio. q̄d patet. qz ista possunt esse in igne absqz hoc q̄ ignis agit. Quarto reperit ibi vna alia forma q̄ sup addi tur igni qua p̄cedit de ocio in actū. vt de nō calefacere in calefacere. et dicitur calefactio actiua existēs in immediatū p̄ncipiū calefactōis passiuē in aqua q̄ dicitur passio

Ar. Hec p̄prietates cōueniēti sube. q̄ nō est naturalis actōis. **Ans** pbat. qz ignis existens suba inferre passione aque **Ordin** q̄ q̄uis inferat passionē. nō tū ex se sed in q̄tum agens nō quidē immediate sed mediate. vt dicitur est. **Et** q̄n dicitur actio q̄nqz inferre qualitate vel motum. q̄ nō solū passiones. **Ans** pbat. qz actio ignis inferre caloz. **Ordin** q̄ actio inferre p̄mo et immediate passiones in id q̄d subijct. sed mediate p̄t inferre aliquā qualitatē si ue relatorum. sicut exēpli gratia. calefactōem actiua q̄ est in igne qua p̄cedit de nō calefacere in calefacere immedia te sequit calefactio passiuā in aqua post quā vltimū p̄o ducitur calor qui est motus.

Ar. Spēs sensibilis inferre passionē sensui. et tū nō est actio. **Ans** pbat. qz ista p̄prietates puenit alijs **Dic** tū q̄ spēs sensibilis nō inferre immediate passiones sensui. **Is** mediate actōe. qz spēs causat passionē in sensu mediante eius imutatōe. sed imutatio est q̄dam actio.

Recipit autē agere et pati p̄prietates et ma


gis et minus. secare em̄ ad plantare cōtrariū est et vrere ad humidū facere cōtrariū est et calefie ri magis et minus q̄dem dicitur et infrigidari et seca ri et humidum fieri et tristari et gaudere magis et minus dicitur.

De Gilbertus finaliter ponit duas p̄prietates p̄ma nes actioni et passioni dicens. q̄ agere et pati recipiūt p̄prietate et magis et minus. **Explicat** de actōe dicens q̄ se care est p̄trariū ad plantare. sicut siccare ad humidū face re p̄trariū est. et calefacere est actio q̄dam et p̄t suscipere ma gis et minus. sicut ignis p̄positus ex lignis quercinis plus calefacit q̄ ignis p̄positus ex lino et stramine. et calefieri ma gis et minus dicitur. et ita sicut de alijs.

Querit An actioni pueniat habere p̄trariū et suscipere magis et minus. sicut hic dicit Gilbertus **Ordin** q̄ sic. qz vt dicitur est p̄prium est acti oni fundari in motu. sed motus est de p̄trariū in p̄trariū ergo etiā ex p̄sequēti actōi inest p̄trarietas. et p̄ p̄sequēs suscepcio magis et minus. vt ad longū p̄ exempla ostendit tur in littera. **Verū** est tamē q̄ illa p̄ma p̄munitas scz ha bere p̄trariū nullo mō p̄prij est. p̄pria. qz nec puenit omni nec soli. nō omni. qz nō puenit actōibz simplicibz vel sp̄m libz. sicut sunt p̄emplari intelligere. que nō sūt p̄m aliqūā formā p̄trariā. sed puenit p̄cipue actōibz materialibus que oriūtur a formis p̄trarijs. sicut sunt frige facere cale/ facere. In signū cuius illuminatio et generatio sunt q̄das actiones. et tū nō habent p̄trariū. qz cause eaz p̄trarijs ca rent. Sed secūda. scz suscipere magis et minus videt om ni actioni puenire. qz intensio et remissio non solū causant a p̄trarietas. sed q̄nqz pueniūt aliūde. scz ex p̄te dispositi onis subiecti. vel ex parte agentis. et hoc p̄z inductiue de omibz actionibz. nam actōnes materiales que causant a formis p̄trarijs suscipiūt magis et minus. vt calefacere frige facere. Sicut verberare et vulnerare magis et min⁹ suscipiūt ex parte agentis. qz ille magis vulnerat et verbe rat qui maiore inferre lesionem. **Cōuenit** etiā actōibz sp̄i ritualibz. cuiusmodi sunt speculari et intelligere q̄ fm ma gis et minus dicitur. qz vnus hō magis intelligit q̄ ali⁹ eo q̄ lumen intellectuale in vno est magis clarū q̄ in alio

Ar. Inter cōtraria p̄t esse motus. sed in actione et passione nō est motus. vt p̄z q̄nto physicoꝝ. ergo ibi nō est p̄trarietas **Minor** pbat per p̄m in quinto physicoꝝ. qui ex illo ostendit q̄ solū ad tria p̄dicamenta est motus **Ordin** q̄ actōes et passiones nō habent p̄tra riū nisi gratia fundamenti scz qualitate. et ideo nō oportet q̄ inter actōnes fiat motus. sed sufficit q̄ inter q̄litate a quibz actio et passio causant fiat motus **Unde** calefacere et frige facere sunt actiones p̄trarie. eo q̄ calidū et frigidū sunt p̄trarie qualitates. et sicut gaudere et cōtristari sūt p̄trarie actōes. qz gaudiū et tristitia sunt p̄trarie q̄litate

Ar. Contraria expellunt se ab eodē subiecto. sed ac tio nō expellit actōem. ergo actio non est p̄tra ria actōi. **Minor** pbat. qz expellere est agere. sed actio cū se abstractū non agit. **Ordin** q̄ cōtraria abstracta a materia non agūt neqz patiūtur sed in subiecto. sicut cō trarie actiones ab eodem subiecto se expellūt. vt manife stum est ad sensum **Et** quādo dicitur calefacere et frige



Questiones

facere simul sunt in eodem subiecto. Pars qz sol calefacit aquam fluentem z frige facit aqua putcale. Odm qz illa bene dicitur de eodem respectu diuersoz. qz sol per se calfacit. sed frige facit p antiparistam. hoc est p confortati onē vnus p rarij p aliud p rariū circūstans.

Assio aut est effectus illatioqz actiois fm quā hec patiūtur. illa vero minime fm qz quedam quibusdā animatioz sunt. vt animan tius quidem brutū arboze est. animatioz vero rōnali irrōnale est. Omnia pō que de gene ratione dicta sunt z eadem etiā dici possunt de ea que in rebus est actione. quadā vero platio ne nō recta. sed in trāsmutatione.

Quid est secūdū capitulū huius tractatus. in quo Gilbertus determinat de secūdo pncipio. scz de passione. Et diuidit in duas partes pncipales. in prima ponit de finitōem passionis. et circa hoc excusat se de vltiori des terminatione. In secūda ostendit multiplicatē passiois ibi (Est enī pati) Quo ad primū dicit. qz passio est effe ctus illatioqz actionis fm quā hec quidē patiūtur. illa ve ro minime. Quō dicimus quedā animatioz esse alijs. vt brutum animatioz est arboze. et rōnale est animatiōz bru to. Sic ibi (Omnia vero) Gilbertus excusat se de p latioz determinatōe dicens qz omnia que in pcedenti capi tulo de generatōe. id est actione dicta sunt. ea dici pnt de ipsa passione. nō tamē recta platione. sed trāsmutata. qz sicut dicit actio firmatur in motu qui est actus mouētis. ita passio firmatur in motu qui est actus mobilis. Simi liter quedā sunt passiones aie. vt ille que incipiūt ab anis ma. vt gaudere tristari. et quedā corporis. vt infrigidari egorari. et hmoi. p rariū est etiā passio qz inferatur ab actione. sicut actio p rariū est ex se inferre passionē. Simi lter habere p rariū z suscipere magis z minus pueniūt passiois sicut z actionis. et in textu actio vocatur genera tio. qz in actione qz est generatio forme agentis in pas tiens si agēs sit vniocū. sed passio vocat actio qz est in re. qz passio z motus sunt res acte p actōem agentis

Queritur. Utrū definitio passionis nunc data sit vniocū assignata

Odm qz sic. qz puenit omni passioni. et explicat sufficiē ter quid dicitur ipsius. et distinguit ipsam ab oibz alijs generibz z pferim ab actōne. qz descriptio passionis hic data est distincta a descriptōe actōnis. Et posset quodā mō rō istius definitōis sumi ex secūda p rariate actōnis z etiā ex definitōe que data est de actōne. qz dicitur est qz ac tio est fm quā in id qd subijctur agere dicimur. illud autē qd subijctū agēti patit ab agente. qz passio est effectus illa tio qz actōnis. Et subiūgit in textu. fm quā hec patiūtur illa vero minime. qd intelligit qz quedā patiētia subijctū tur passioi cū trāsmutatōe ad formā agentis eadē in spe cie. vt sunt illa que p munitur cū agente in materia. et illa dicitur pati. alia vero sunt subiecta qz nō sic trāsmutant nec recipiūt formā agentis. vt celū agit in hec inferiora. z tū inferiora nō recipiūt formā celū. ex eo qz celū hz materiā alterius rōnis a materia istoz inferiorū fm op inione dos ctōis sancti magis pbabilem. Et sic exponit. fm quam

Sex principioz

